

Πι  
2807  
(4)

A-D  
ACTVM SOLENNEM  
IN HONOREM  
AMPLISSIMI MAGISTRATVS  
SANGERHVSANI

OB PERMVTTATAS HAVD ITA PRIDEM  
REGIMINIS VICES INSTITVENDVM

DECENTER INVITAT,

ET

DE VERSIONE HYMNORVM  
GERMANICORVM  
LATINA ATQVE GRAECA

DISSERIT

M. CHRISTIANVS GOTTLOB KAENDLERVS,  
SCHOLAE RECTOR,  
ET SOCIETATIS LATINAE, QVAE IENAE FLORET,  
MEMBRVM HONORARIVM.

---

DISSERTATIO QVARTA.

---

LIPSIAE

IMPRIMEBAT IO. GOTTLOB IMMAN. BREITKOPF.

MDCCLIV.



AD  
LÖTUM SOLENNEM  
IN HONOREM  
AMPLISSIMI MAGISTRATUS  
SANCTISSIMI  
AD PRIMUM HOC HONOREM  
ACQUIRIT VICES IN  
REGENTE LIMITE  
DE REVISIONE HYMNORUM  
GERMANICORUM  
LITINA ALIQUA CLASSE  
DESSERT  
AL. CHRISTIANVS GOETTERFRANCKENBERG  
SCHOLAE DIRECTOR  
IN REGENTE LIMITE, QUARTER  
LITINA HONORARI

---

AD PRIMUM HONOREM  
LITINA ALIQUA CLASSE  
DESSERT  
AL. CHRISTIANVS GOETTERFRANCKENBERG  
SCHOLAE DIRECTOR  
IN REGENTE LIMITE, QUARTER  
LITINA HONORARI

---

AD PRIMUM HONOREM  
LITINA ALIQUA CLASSE  
DESSERT  
AL. CHRISTIANVS GOETTERFRANCKENBERG  
SCHOLAE DIRECTOR  
IN REGENTE LIMITE, QUARTER  
LITINA HONORARI





DE

VERSIONE HYMNORVM GERMANICORVM  
LATINA ATQVE GRAECA.

§. I.



tsi non magni ad immortalis Numinis cul-  
tum interesse videatur, quo sermonis po-  
tissimum genere in eo obeundo vti velint  
mortales, cum teste Luca, \* εἰς ἕκαστος  
τῆ ἰδία διαλέκτῳ τὰ μεγαλεῖα τῶ Θεῶ enunciauerit,  
ea tamen inest vis Romanorum atque Graecorum ora-  
tioni, vt eam ad laudes Dei Ter Optimi Maximi decan-  
tandas vel maxime idoneam iamdudum iudicauerint vtri-  
usque sermonis periti. Vt domestico vtar testimonio  
b. HAVSEN, quem Regia inter primarios coluit anti-  
stites, ita de hac re verba facit: *Mille millenae deliciae  
mibi fuerunt excitatae, spirituque singulariter incalui, quo-  
ties vnā alteramque talem Oden priuata occinere mihi da-*

Instituti ra-  
tio.

A 2

tum

IV *De Versione Hymnorum Germanicorum*

*tum fuit deuotione.* \*\* Hoc et aliis excitatus testimoniis atque iudiciis iam pridem manum admoueri huic negotio, et hymnis a me latina et graeca veste exornatis peregre etiam manere gratiam, quam in vrbe collegerunt, delector, si parua magnis componere, et verba Plinii \*\*\* mea facere licet. Quidni igitur tam pio et iucundo studio immorer diutius, et pace lectoris, quam facile impetrari posse confido, alium hymnum, et quidem, temporis atque occasionis habita ratione, maxime hunc *Helff! mir Gottes Güte preisen*, beneuolis exponam oculis?

\* Act. II, 6. II.

\*\* In Praef. ad Pietatem melicam.

\*\*\* L. IX. Ep. II.

§. II.

Auctor hy-  
mni.

Auctor huius carminis vocatur PAVLVS EBERVS, Kizingensis Francus, patre Iohanne, matre Pflaumia lucem huius orbis adspexit d. VIII. M. Nov. A. MDXI. et a patre A. MDXXIII. in Gymnasium Onoldinum ductus est, vbi vix anno exacto, in morbum incidit. Ideo a patre per fratrem Iohannem domum reuocatus, cum lassus ex viae molestiis lanii cuiusdam equum conscendisset, ab eo excussus et per VI. stadia miserum in modum raptatus, gibbere deformis ex illo tempore vitam egit. Inde Noribergam delatus, Camerarii auditor, huius reipublicae sumtibus A. MDXXXII. Wittebergam abiit, Melanchthoni in paucis carus, eam maxime ob causam, quia elegantes pingebat litteras, quare et  
a ma-

a manibus ipsi fuit. Ornatus A. MDXXXVI. Doctoris Philosophi dignitate, in Melanchthonis aede scholas aperuit, qui etiam nullum maioris momenti negotium sine eo suscepit, vnde factum est, vt vulgo Repertorium Melanchthonis appellaretur. A. MDXLIV. Professor Matheseos, deinde linguae Hebraeae constitutus, cum Melanchthone ad colloquium, quod Augustae Vangionum instituebatur, abiit, redux Pastor et Superintendens Wittebergae electus die xxvii. M. Iul. A. MDLVIII. \* Successor Bugenhagii, sequenti anno, Theol. Doctoris honoribus exornandus, promotore et Decano Georg. Maiore. A. MDLXVIII. vna cum Paulo Crellio Onoldinum profectus est, vt ibi controuersias Sacerdotum componeret. Tandem Altenburgensi colloquio etiam interfuit, sed vix reuersus morbo implicitus diem obiit supremum die x. M. Dec. \*\* A. MDLXIX. Edidit Expositionem Euangeliorum, Calendarium Historicum, Historiam populi Iudaici, Vocabula rei nummariae ponderum et mensurarum a se et Casp. Peucero collecta, Appellationes quadrupedum, insectorum, frugum, fructuum communium a se et Peucero collectas, Propositiones ad disputandum propositas, Epistolas et denique Tractatum de sacratissima coena Domini nostri Iesu Christi, qui vero orthodoxis cum maxime reddidit suspectam. \*\*\*

Lexicon Erudit. ponit annum MDLIX. Sed sequor vitas Theol. Witteb. quae Consiliis praemittuntur.

## VI De Versione Hymnorum Germanicorum

\*\* Lexicon Erudit, morti eius assignat d. XVI. M. Dec. Schamelius d. X. Wittebergenses Theologi d. IV. vid. infra epitaphium.

\*\*\* Forfan Lutherus ipse studium, quo erga Reformatos Eberus ferebatur, obseruauit, cum enim A. MDXLV. circa Martini diem, vna cum Pomerano, Melanchthone, Crucigero, et Maiore, etiam Eberum nostrum conuiuio exciperet, hunc ita fuit allocutus: *Tu vocaris Paulus, moneo igitur te, vt exemplo Pauli studeas constanter conseruare et tueri doctrinam, quam Paulus tradidit.* Vid. Seckend. H. L. Lib. III. §. 134. f. 641. In Consiliis Witt. p. 364. a Melanchthonis partibus stetit arguitur. Longa est iniuria, longae ambages.

### §. III.

Hymni eius alii.

Mihi res est cum eius hymnis, praeter nostrum enim composuit etiam sequentes: 1) *Herr Gott dich loben alle wir.* 2) *Wenn wir in hoechsten Noethen seyn.* 3) *Zwey Ding o! Herr bitt ich von dir.* 4) *In Christi Wunden schlaf ich ein,* et 5) qui non postremo loco fuisset collocandus: *Herr Iesu Christ wahr Mensch und Gott.\**

\* Inscriptioni huius Cantici in Edit. Lips. de A. 1638. p. 782. iterum addita sunt haec verba: *Filiolis suis faciebat,* vnde elucefcit viri huius pietas domestica, nostrae aetatis parentibus, litteratis pariter atque plebeis, exempli loco, quod sequantur, proponenda. Tanti fecit hunc hymnum Ioachimus, Princeps Anhaltinus, vt eum memoriae impressum singulis recitaret diebus. Magnum etiam Hugonem Grotium Rostochii animam agentem, dum haec cantilena ab adstantibus praecinebatur, vitam finisse, inter omnes constat. Ex mente D. Georg. Weinrichii, Superint. Lips. hic hymnus omnibus sacris cantilenis, si a Dauidis Psalmis, et carmine Simeonis exequiali discesseris, erit praefereendus. Vid. Schamel. Hymn. p. 630. Cum teste eodem post cineres etiam mihi colendo viro p. 629. *αὐτοβύβλον* huius carminis adhuc extet, ex eo de calligraphia supra laudata auctoris ferri posset iudicium.

### §. IV.

§. IV.

Vel leuiter Oden nostram inspicientibus liquido in- Auctoris He-  
lena.  
notescit eius initiales litteras exprimere nomen HELE-  
NAE, quae vero tantam nominis celebritatem non  
affecuta est, quantam quidem sibi peperit Iouis illa  
ex Leda filia, Menelai vxor, Graecorum carminibus  
celebrata, vel potius infamis. Schamelius \* cum mul-  
tis eam Eberi filiam fuisse existimat. Verum enimvero  
ex Freheri Theatro \*\* didici, quod Poeta noster A.  
MDXLI. iunctus fuerit cum virgine Lipsiensi Helena,  
(ex qua quaeso stirpe?) cum qua suauissime XXVIII.  
annos exegerit, numerosa prole ex ea suscepta. An  
filia ei fuerit cognominis, illud vti non nego, ita nec  
idoneis compertum habeo testimoniis, interim tamen  
nihil obstat, quo minus in honorem piae coniugis, vel  
etiam vtriusque, haec ode ita fuerit ordinata. Extat  
apud eundem Freherum Epitaphium nostri Pauli, quod  
in templo oppidano apud Wittebergenses hac adhuc  
tempestate conspicitur, et ita se habet:

D. PAVLO EBERO, PATRI CHA-  
RISSIMO, QVI OBIIT IV. ID. DEC.  
ANNO MDLXIX. IV. QVADR. AN-  
TE HORAM X. PRAND. CVM VI-  
XISSET ANNOS LII. D. XXXII.  
WITTEB. FVISSET ANNOS  
XXXIIX. ECCLESIAE HVIVS PA-  
STOR ANNOS X. LIBERI MOE-  
STL P.

Hic

## VIII De Versione Hymnorum Germanicorum

Hic mentio fit liberorum superstitem, sed eorum sexus numerus atque nomina silentio inuoluuntur. Interim ex hac Inscriptione patet, vnde nata sit auctorum circa diem emortualem Eberi discrepantia. Rident alias nostrae aetatis Critici eiusmodi artificium, si nomen quoddam, quod poetis cordi fuit primis carminis litteris indicatur, atque ego multos huius ordinis homines non facile excusauerim. Sed hi si didicerint ipsum diuinum auctorem Psalmorum XXV, XXXIV. CXIX. simile quid tentasse, aequior forsitan futura fuisset eorum censura. Praeterea in hymnis hunc morem tolerari posse existimauerim, cum memoriae inferuire potest, maxime eorum, qui nullis instructi libellis in aede sacra comparuerunt.

\* p. 121.

\*\* p. 219.

### §. V.

Textus hymni.

Circa textum ipsum pauca admodum habeo, quae monenda videantur. Offendunt nonnullos voces: *Ihr lieben Kinderlein*, quia scilicet non tantum cum pueris et puellis res esset in ecclesia, \* quare etiam in quibusdam editionibus substituere iubemur: *Ihr Christen insgemein*. Sed non video, quomodo haec vocabula possint mouere serupulum, cum adultiores etiam inter Christianos Ioh. XXI, 5. i Ioh. II, 12. filiolorum veniant nomine, vti recte monet b. Wernsdorffius \*\*.

Suum



Suum cuique potius vati relinquendum esse atque tribuendum censeo, cum si vnicuique Aristarcho sine suffragio populi constituto licitum foret hymnos nostros pro libidine immutare et corrigere, emendationesque suas in textum recipere, (id quod ne in profanis auctoribus sine grauissima causa permittitur) tot breui tempore hymni nostri essent habituri variantes lectiones, quot in nouo testamento Milliano occurrunt non omnibus vsquequaque approbantibus, et quot capita atque sensus in nostro inueniuntur orbe. Debemus etiam hoc officii genus rudi et imperitae plebi, quae statim, nescio quem, serupulum sibi fingit, si in libellis suis vel leuissimam deprehendunt correctionem. Eam ob rationem parum placuit eius poetae conatus, qui hymno nostro nouam assuere conatus est stropham, cum eiusmodi supplementa plerumque paucis tantum illud repetant verbis, quod fusius pertractauit hymni auctor. Quo iure vero b. Nitschius ex his ipsis verbis licita esse, quae vocantur priuata conuenticula, colligere fatagat, ego quidem prorsus non intelligo, nam eo forte nemo progressus est ex ordine sacro audaciae, vt patri-familias interdixerit cum liberis et domesticis suis intra penates hymnum decantare, cum illud potius impune fiat vbiuis gentium. De iis vero, qui domi coetus colligunt, forsan etiam nocturnos, adeoque turbas excitant in republica, longe aliter censendum esse existimo, neque vero hi in textu nostro inueniunt aliquid praesidii.

B

\* Eius.

x De *Versione Hymnorum Germanicorum*

\* Eiusmodi *ungehörig* mihi semper displicuerunt, uti in omni vita, sic etiam quando de hymnis est sermo. Huc pertinet nonnemo, qui aegrotum Oden praestantissimam, *Iesu meine Freude*, (quae etiam Imperatori Russiae Petro Magno in deliciis fuit,) canere prohibet, nimirum ob ista verba, *ich seh hier und singe*.

\*\* In Disp. de prudentia in cant. eccles. adhibenda Th. XIII. 1.

§. VI.

Alia circa  
textum ob-  
seruatio.

Cum auctor in vocabulis *Verwüstung abgewendet*, Deo ob auersum a patria excidium iustas persoluit gratias, arbitrio lectoris permissum volo, an forte digi- tum intenderit ad periculum illud, quod A. MD XLVII. Principe Electore Ioh. Fried. capto atque iuxta moenia Wittebergensia capitis damnato, vrbi, Academiae, Re- gioni, Ecclesiae atque Religioni imminere videbatur lon- ge grauissimum. Eberus tamen noster ea erat con- stantia, ut cum Crucigero et Bugenhagio, teste Fre- hero, obsidionem ferre decreuerit, reliquis mature fu- ga salutem petentibus. Quemadmodum igitur, si fu- bito coorta tempestas cum magno fragore et tonitribus homines ad pacem Dei exposcendam compellit, qui rursus, sedato tumultu, et ex turbido die serena ac tran- quilla luce redeunte ad gratias decenter ipsi agendas se accingunt, ita sine dubio Eberum nostrum excitauit pie- tas et gratus animus, ut tanquam alter Dauid pro hoc insigni Dei beneficio hymno eum colendum existimaret, cum nimirum Carolum atque Mauritium moderate vi- ctoria communi uti animaduerteret.

§. VII.

§. VII.

Sed tempus est hymni versiones producere in medium.

I.

Heus turba filiorum

Τὰ ἔργα κοιράνοιο

Vacate laudibus,

Μοὶ μέσσα ἔνεπτε

Origo quae bonorum

Σὺν τοῖς φίλοισι μοῦ

Non respuat Deus.

Καὶ τῆτο πάντοτε

Hoc maximè die,

Μάλιστα σήμερον,

Quo quisque gratulatur

Φαίνοντος ἡλαιο

Et annus inchoatur

Ἀρχῇ τε τῶ χρονοιο

Vertente fidere.

Ὅν δώσει ὀλβιον.

2.

2.

Confiderate, quanta

Πρώτιστα ἐν νοῶμεν

Sit ista gratia,

Τὰ δῶρα κοιράνε

Confiderate tanta

Καὶ μὴ καταφρονῶμεν.

Concessa munera.

Ἄ ῥέξε πανταχῆ

Nec non pericula,

Πᾶς ἔσω εὐσεβῆς,

Quae semper imminebant,

Ἐδρακε πρὸς τὸ σῶμα

Tamenque non nocebant.

Σὺν τῷ ποτῷ τὸ βρωμα

O! quanta commoda!

Πᾶς ἐστὶν τὸ εὐτυχίης.

B 2

3. Stant

III De Versione Hymnorum Germanicorum

LII

3.	3.
Stant templa, ceu videtis	Ἐκκλησίαν σέσωκε
Ludusque perfonat	Καὶ ἡμέαν σχολήν
Victusque non egetis	Ἄπασι καὶ ἔδωκε
Dum Numen adiuvat,	Ἐδῆτα καὶ τροφήν
Opesque diuidit.	Τὰ δάρα πάντα τοῦτο
Non hostis hic moratur	Ὡς εἶδομεν, διέλε
Nec ignis hic vagatur,	Τὸ ἄγγελον δὲ εἶλε,
Qui tecta disiclit.	Ὅσι ἐχθρὸν ἐκφυγεῖ

4.

4.

Nolite cogitare:	Τὰ ἔργα γνῶς πονηρὰ
Hoc fit merentibus.	Ἐφείσαθ' ἡμέαν.
Si vellet irrogare	Ἄπειλή ἐστὶ σκληρὰ
Poenas cito Deus.	Θεοῦ ἐντόλων.
Vae! quanta protinus	Ἄλλ' ἔστιν ἡπίος
Grauret vsque poena	Ζῆν ἡμέας θελήσας,
Nullique mors amoena	Καὶ πάντα εὐλογήσας
Instaret omnibus.	Καὶ πλημμελεῖ βροτῆς.

5. Ex

5.

5.

Ex more sed parentis

Ἀναγκά προσκυνῶμεν,

Remittit hoc scelus,

Ὅς ἐστὶν ἡπίος

Auditque verba fletis

Σωτήρα εἰ κρατῶμεν,

Charusque filius

Ἐλιξὲ κινδυνός.

Succurrit: is tulit

Καλῶταί ὀλβιός,

Quod ferre nos decebat,

Ὅς ἐντολήν Φυλάσσει,

Id cum Pater videbat

Καλῶς τὲ πάντα πράσσει

Punire desit.

Ἐν πᾶσιν ἔννομος.

6.

6.

Haec cuncta praedicamus

Δεῖ ἐν Θεὸν σέβειν

Creator optime:

Καὶ υἱὸν ἀμβροτον,

Per Filium rogamus

Ὡ εὐσεβεῖς ἐλέειν

Haec vota perfice:

Οὐκ ἐστὶ δύσκολον.

Vt annus hic tuis

Ἀπῶμεν ὑπερον

Sit laetus absque turbis

Ἐιρήνη ἐν τῇ αἰῷ

Sis ipse tutor vrbis

Μένη αἰεὶ βεβαία

Ad vota diuitis:

Καὶ πατρὸς εὐφορός.

XIV *De Versione Hymnorum Germanicorum*

§. VIII.

Series Ora-  
torum.

Hunc hymnum sub anni primordium, quo, more Romanorum, auspiciis regiis, Amplissimus Sangerhusae Senatus vices permutat, **VTRIQUE CONSULI, PATRIBVSQVE CONSCRIPTIS**, Viris Praenobilissimis atque Doctissimis, strenae loco offerre, haud alienum ab officio meo duxi. Reliqua pro Eorum totiusque civitatis salute atque incolumitate vota rite et decenter nuncupabunt Oratores mei sequenti ordine locati.

- I. **CAR. ERN. AVG. IANVS**, Ballenstad. Afcan. Euphratis de optimo Philosophiae genere sententiam oratione latina explicabit. Extat illa apud Plin. Lib. I. Ep. 10. his verbis expressa: *Affirmat esse hanc philosophiae et quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere et exercere iustitiam, quaeque Philosophi doceant, in usu habere.*
- II. **BERNHARDVS HESSVS**, Marceröliz Leucop. carmine patrio Bibliothecas legionarias haud ita pridem apud Gallos institutas commendabit.
- III. **IOH. PHIL. LOSIVS**, Sangerhusanus, de vita et meritis Viri Illustris, **CHRISTOPHORI THOEDDEN**, Sangerhusani, sermone latino praecipiet.

IV.

IV. IOH. GOTTF. KAEMMERER, Hohlstedt Thur. de metallis Sangerhusanis oratione germanica potiora recensēbit.

V. IOH. ANDR. KRANOLD, Haynroda Thur. de morte philosophica Celeb. RICHMANNI, Professoris Petropolitani, verbis graecis certiores reddet auditores.

VI. CHRISTIANVS TRAVGOTT KOPPER, Annaebergensis, de commodis ex testamento Mogkiano in tantum non omnes ciuitatis nostrae incolas redundantibus verbis romanis aget.

VII. IOH. CHRISTOPH. GÜNTHERSBERG, Wickeroda Thur. incendium, quo anno praeterito senescente Augustae Russiae palatium, quod Moscouiae erat, conflagrauit, elegia deplorabit germanica, Deumque immortalem supplex venerabitur, vt hoc et alia id genus infortunia a nostra ciuitate, pro sua clementia, quam longissime arceat.

Cum vero cognitum vsu atque perspectum habeam, omnes atque singulos qui vna nobiscum intra eadem viuunt moenia, AMPLISSIMO ORDINI SENATORIO, Musisque nostris bene cupere, ita Viros omni-

Q. 2807 (#) X 2878697

xvi De Vers. Hymn. Germ. Lat. atque Graec.

omnium ordinum praestantissimos ea, qua quemque re-  
verentia, pietate atque amore, ob doctrinam, virtutem  
atque dignitatem excipere fas est, inuitatos atque roga-  
tos impense cupio velint futuro Iouis die, qui in fastis  
est D. xvi. M. Ian. audita hora decima in Auditorio  
nostro maiori laeti salui rebusque nostris fauentes com-  
parere, eaque, quae ab alumnis nostris traduntur, aequi  
bonique consulere. Ita Deus Patronos atque Amicos  
nostros seruet. P. P. Domin. I. post festum diem  
Maiorum, Anni Soteris MDCCLIV.



NATORIO, Musaeque nostris bene cupere, ita viros  
vniuersae, AMPLISSIMO ORDINI SE-  
omnes atque singulos qui vna nobiscum inter eadem  
Cum vero cogitum vlti atque perfectum habeam

M. 15







B.I.G.

Farbkarte #13

Π i  
2807  
(4)

A·D

CTVM SOLENNEM  
IN HONOREM  
PLISSIMI MAGISTRATVS  
SANGERHVSANI

PERMVTATAS HAVD ITA PRIDEM  
REGIMINIS VICES INSTITVENDVM  
DECENTER INVITAT,

ET

VERSIONE HYMNORVM  
GERMANICORVM  
LATINA ATQVE GRAECA

DISSERIT

CHRISTIANVS GOTTLOB KAENDLERVS,  
SCHOLAE RECTOR,  
ET SOCIETATIS LATINAE, QVAE IENAE FLORET,  
MEMBRVM HONORARIVM.

DISSERTATIO QVARTA.

LIPSIAE

MPRIMEBAT IO. GOTTLOB IMMAN. BREITKOPF.  
MDCCLIV.

